

Ann. VI.

Num. IX.

VOX URBIS


DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "Kronika Rodzinna" Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.
28, Orchard Street.

NEW YORK CINCINNATI
52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

LATINITATIS CONVENTUS PRIMUM ROMAE HABITUS XVII-XI KAL. MAIAS AN. MDCCCCIII.
SESSIO AD COETUM PREPARANDUM.

ADITALIS SESSIO IN CAPITOLIO. — Oratio Curionis Urbani. — Oratio Italici studiorum
Administri. — Oratio Gallici studiorum Administri. — Oratio Conventus Praesidis.
— Legatorum salutaciones.

SESSIO CONVENTUS I: De latino sermone inter orbis civitates communi constituendo. —
De Latino Ephebeo Romae astruendo.

SESSIO II: De studiis latinitatis in Gallia.

SESSIO III: De studiis latinitatis apud Romanos ad Istrum.

SESSIO IV: De studiis latinitatis apud Iberos et Americanos latines populos. — Coetus
universi dimissio.

FELICIS RAMORINI LITTERAE IN LATINITATIS CONVENTU EXHIBITAE DE LINGUA LATINA IN
COMMERCIO VIRORUM DOCTORUM RESTAURANDA.

In tertia operculi pagina:

SOCIIS ET LECTORIBUS COMMENTARII NOSTRI HUMANISSIMIS.

ANNALES.

AENIGMATA.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCII

Sociis et lectoribus Commentarii nostri vehementer commendamus instrumentum, quod, rei proprietate sibi vindicata, confecit

SOCIETAS LATIALIS EDITRIX

(ROMAE, Corso Umberto I, 219),

cui machinae nomen est:

SCRIPTOR AUTOMATICUS

(ITALICE "COPISTA AUTOMATICO ,");

quippe inter horas tres quodvis scriptum, qualibet in charta, millies reddat: epistolas, litteras eodem exemplo ad plures dimittendas, consultationes, edicta, invitationes, nuncia, acceptorum et datorum rationes, libellos, lineas vel figuratas descriptas, exemplaria, formas, musicen, et alia.

Societas ipsa fidem praestat Scriptorem hunc *Automaticum* tribus horis ex uno chirographo mille et ultra exempla exhibere, eaque omnia pariter nitida atque perfecta: — quinque temporis momenta satis esse ad eius usum discendum; — chirographumque celeriter scribendo, non secus ac communi quovis calamo, parari.

Instrumentum, utili spatio disponens cent. 23×34 novum et ex omni parte perfectum **venit** libell. 45; atramenti ampulla (per aliquot menses sufficiens) libell. 4; folia singula ad chirographum scribendum libell. 0,15.

Premium solvi potest cum traditur merx; portatio vero fit ad impendium iubentis.

Una cum *Automatico Scriptore* paucae eaeque simplices institutiones ad rite ipso utendum necessariae mittuntur.

GRATUITO

quisque habebit et experimentorum specimina et opuscolum continens **plus sexcenta** de re iudicia.

Omnia petantur a

SOCIETATE LATIALI EDITRICE

(Romae, Corso Umberto I, 219).

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

In Italia
Lib. 15, M.

CONVENTUM
esse dec
nos agitabam
menti hac a
latini nominis
novae human
praedicatur. N
pimus nobis
rius tamen, q
nostros ad e
Vix enim pa
ineundo cert
inter historica
nes, tum ex
bis facta, ut
Qua quidem
suum fecera
operamque n
protulimus, fe
ferre possem
cum de sermo
riae doctores
postulare vide
quam in suo p
hoc latinitatis
Occurrimus
fidentes non p
benda contio
ram, cuius in
nio totis vir
in commune
modum evas
populis com
habendus qu
linguae et hi
teros sentire
tatis, quam ne
nisi ex huma
ceptam nisi
itaque cognati
rum cognatio
latino sermoni
culti homine

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italicam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

LATINITATIS CONVENTUS

PRIMUM ROMAE HABITUS

XVII-XI KAL. MAIAS AN. MDCCCCIII.

CONVENTUM latinitatis Romae iure esse decebat; quinimo rem ipsi nos agitabamus, quippe maximi momenti hac aetate videretur, in qua latini nominis et sermonis gloria quasi novae humanitatis signaculum ubique praedicatur. Nuncium itaque rei excipimus nobis quidem laetissimum, serius tamen, quam par esset, ut socios nostros ad eum coetum vocaremus. Vix enim paucos ante dies ab ipso ineundo certiores facti sumus, tum inter historicarum rerum disceptationes, tum ex benigna invitatione nobis facta, ut eius participes fieremus. Qua quidem accepta, viro illustri qui suum fecerat incepsum, nos statim operamque nostram palam et libere protulimus, felices si quid adiumenti ferre possemus, eoque magis quod, cum de sermonis latini fatis ipsi historiae doctores aliquid cassisent, res postulare videbatur, ut de ipsa, tamquam in suo proprio dominio, in coetu hoc latinitatis tractaretur.

Occurrimus igitur gestientes gaudio, fidentes non parvam utilitatem ex habenda contione sermoni latino futuram, cuius instaurando regno a sexennio totis viribus adlaboramus, idque in commune omnium gentium commodum evasurum. Ut enim populis communis sermo latinus est habendus quasi ratione sanguinis et linguae et historiae, ita oportet ceteros sentire ratione omnis humanitatis, quam non aliunde ortam noscunt, nisi ex humanitate latina, neque acceptam nisi sermone latino. Nostra itaque cognatio sanguine dignitur, aliorum cognatio spiritu parta est: ita in latino sermone et cultu fratres sumus culti homines omnes!

Quare munus etiam nostrum ipsumque potissimum reputavimus summam huius primi coetus latinitatis praebere lectoribus et sociis, qui una nobiscum ad augmentum sermonis latini ubique intendunt, venia ab historicis petita quod eorum nonnullas elucubrationes, quas fecerunt facultatem in commentarium nostrum referendi, procrastinemus: res enim haec latinitatis nos proprius attingit.

VOX URBIS.

SESSIO AD COETUM PRAEPARANDUM.

ULT latinitatis coetus aptius praepararetur die XIV mens. Aprilis, hora III p. m. in aedibus Berninianis sessio habita est, cui invitatus interfuit qui primas in commentario nostro agit, Aristidis Leonorii nomine et omnium sociorum; idemque particeps fuit eligendi Praesidis, quod officium ipsius conventus anctori, Angelo De Gubernatis comiti, romani athenaei doctori, est delatum; iure quidem, quum sapientissimo viro unice tribendum sit non solum rei propositum, sed etiam, sedulitate paene incredibili, prompta et efficax opera.

Fuit autem Fornario nostro iucundissimum socios commentarii nostri plures videre et salutare, qui ex Italia, ex Gallia, ex Rumenia advenissent; eidemque gratissimum quod, *Vox Urbis* procurator, communis suffragio a secretis esset electus, ac delegatus ut sequenti die, post oratores clarissimos, qui totidem sermonibus salutare fratres deberent, unus eosdem latina voce alloqueretur.

Nec denique minore gaudio exceptit alterum a Praeside contionis prima, quae peculiariter esset de communi apud omnes gentes latino sermone instituendo, Iacobum Tassetum, *Vox Urbis* commentarii subnotatorem antiquissimum, renuntiatum una cum Angelo Valdarnino in Bononiensi athenaeo philosophiae doctore, quem pariter, latinitatis adsertorem strenuissimum ac virum praeclarum, in sociorum numero habere honestamur.

ADITIONALIS SESSIO IN CAPITOLIO.

SEQUENTI die, XV mensis Aprilis, hora decima Capitolinum collem ascendimus. Pompa solemni aedes ornatae erant, ut decebat matrem filios omnes conventu novo excipientem; nudo gladio vigiles municipii portas et gradus honoris causa custodiebant. Aditialis sessio in aula indicta erat, quae ab Horatiis et Curatiis nomen habet, cuius maximi duelli vicissitudines in parietibus depictas exhibet. Iamque Romani et Itali cives, Galli, Iberi et magnus Rumenorum numerus aulam ipsam prope compleverant, cum principes conventus viri advenere et Angelus De Gubernatis praeses, et Urbis Curio e gente Columna, et variis gentium apud Italorum regnum legati, inter quos Sinenium conspicuus, Tocilescu, Rumeniae vir senatorius; denique Chaumié et Nasi, summi studiorum curatores, alter in Gallia, alter in Italia.

Oratio Curionis Urbani.

Mox, ut ius erat, primus omnium Urbis Curio hospites salutavit Urbis nomine et mandato quasi cognatos; dixit de Romana laetitia ob hanc contionem, optimaque fratribus auguratus est fata. Eos enim merito arguit id probare, latinum genus, quod ter humanitatem orbi donavit, quod tanta gloria signavit ipse Deus, nec peritum umquam nec recessum a fastis maiorum. Populi enim, — ait —, filii Urbis, communis haereditatis nec in minimis obliviscuntur: historiae, liberalium artium, rerumque gestarum. Omnes animadvertisit undique venisse studio ductos *Almae Matris*, in quam spem suam et metam tot victores posuerunt per saecula. Rumenis autem peculiares esse gratias voluit, qui Traiani militum dignos se filios esse in primis etiamnunc probarunt. Quo ex conventu memoravit non solum praeteritae gloriae novam flamمام in animo incendi, at futuri temporis spem novam simul. « Hae fide — denique horatus est, — quasi scuto utamur, atque omnium concordia nova vis coeat, quae latino nomini vetustam gloriam restitut ».

Plausus vix dicere est quot dicentem egregie virum interepperint, quot sub orationis exitu approbarint. Eum sequutus est Nasius, publicis studiis in Italia praepositus, qui doctissime de humanitate latina disseruit.

Oratio Italici studiorum Administri.

Humanitatem latinam adnotavit, numquam, neque mediā per aetatem, suo ab itinere discessisse; Romam enim postquam Urbs mater fuisse, mundi caput esse factam. Atqui humanitatem latinam universi populi non aliter acepere quam sermonem, qui deinceps omnium doctrinarum sermo est factus. Inde Saxonum Anglorumque humanitas et ipsa latina fuit, latinum Caroli Magni imperium; omnem deinde sapientiam Ecclesiae Catholicae sacerdotes et Scholastici, quos dixerunt, philosophi latine doceuerunt gentes. Quare hanc metam praecipuum contionis esse dixit, ut latinae linguae universum imperium restituatur, quod una nobisum Angli quoque Germanique cipiunt, qui nostram humanitatem Slavis cum ipsis ubique scientes diffundunt. Huius autem humanitatis maxima et ea novissima gloria exstant conatus omnes, quibus concordia et pax universarum gentium fovetur, magis quam armorum nutu et minis. Hanc novam enim sibi eum Latinis metam proposuerunt populi omnes quasi partem novorum fatorum, ita ut eius occasum nulla aetas visur sit. Foedus itaque consilii et studiorum nobis est promovendum, quod proculdubio, restituta gentium libertate, proxime sequetur. «Hoc auspicio – conclusit, – primam hanc Latinorum conventionem regio mandato coepit esse volo!»

Plausus ei quoque pluries sunt iterati; plaususque execiperunt Chaumié studiorum curatorem apud Gallos, eum dicere orsus est.

Oratio Gallici studiorum Administri.

Is studium memoravit, quo Galli ad coetum hunc convenere, fauste quidem his diebus intum, eum Romae Academiae Gallicae, Mediceis in hortis a saeculo conditae, feriae sollemnes celebrantur, ad latinas glorias augendas peropponitae; quarum gloriarum laudes elatis verbis celebravit, ominatus earum spiritum et flamen numquam cessura.

Oratio Conventus Praesidis.

Deinde audivimus ipsum coetus Praesidem, Angelum De Gubernatis. Qua vir est magna doctrinae philologicae peritia *Latium* verbi vim revocavit, sive ab antiquis sive a recentieribus scriptoribus sumptam, ut id in lueem poneret, Romam continenter universarum gentium matrem et patriam fuisse habitam. Mox omnes populos ipsius Romae filios, qui ad eam libentissime advenerant, consulutavit fervidis verbis; praesertim Rumenos in Orientis limine quasi munitum oppidum constitutos, unde latinitatis tuerentur incolumentatem. Prope adnotans insuper ex nostra doctrina et humanitate suam doctrinam et sapientiam ceteros quoque populos, etiam alia stirpe natos, hausisse, laeto omni auspiciatus est ex nostra contione futurum ut cordiae vineula inter omnes populos maxima incrementa acciperent.

Legatorum salutationes.

Grassius iurisperitus successit. Graeco-Latinæ societatis in Gallia Narbonensi praeses, qui, urbanissime sane nostro italicō idiomate in fine orationis usus, ipsum De Gubernatis et Italos eleganter, concinne et mira vocis dulcedine

consulutavit, admirantibus omnibus et plaudentibus.

Pro Brasilianis et Americanis latino genere natis dixit Arata vir, gallico sermone, de communi latina origine disserens, atque de praecipuo humanitatis labore, quem Americanis fratribus explendum fata dedere in gloriam communem.

Pro Rumenis Tocileseu, vir senatorius, fuse loetus est, animadvertisens praecipue studium, quo sua gens adhuc erga Romanas memorias fertur; cuius studii testimonium esse voluit simulaerum, quod simul Curioni Urbis obtulit Romanum effingens Rumeniam filiam amplexantem.

Venit deinde Turr militum tribunus, qui etsi Hungarus, tamen, quia tamdiu et tanta progentium unione adlaboravit, iure dicere in hodierno conventu potuit.

Postremus omnium, a De Gubernatis ipso praeside invitatus ut maestra communis voe, idest latino sermone diceret, Iosephus Fornari noster inter plausus accessit et hisce locutus est:

GRATULOR equidem mihi quod sorte continerit, post summos rei publicae ac civitatis moderatores, inter tot viros illustres et omni doctrina claros, ex summa hae Capitolii arce, homini, neque aetate, neque ingenio, nec auctoritate eum ipsis comparando salutem vobis latine dieere, quibus, uno nobiscum eodemque genere ortis, suavissimum profecto fuerit sermonem hunc patrum audire.

Salvere igitur *Vox Urbis* iubet vos inter gentes Europæ et ultimæ Americae foedus novum novamque pactiōnem communis studii, consilii et salutis, sub latinitatis tutela, Romæ paciscentes. Est enim conventus hic simulaerum quodammodo et quasi pignus renovatae civitatis, quam, fusis gentium aemulationibus, doctrina et bonarum artium pulcritudine, postera aetas videbit; est operis nostri, in quod, nisi aequatis viribus, recta tamen mente sextum iam annum intendimus, plenissima confirmatio, qua lingua et sermo hic latinus, testis ac monumentum gloriae nostrae mox et ubique reviscerit, atque bibliothecis et ludis egressus in aperta civitatum procedet, et, quasi intermissa numquam loquela, versabitur. Namque audimus Vergilius versum circumsonantem adhuc vaticinium:

Tu regere imperio populos, Romane, memento;
quod quidem tardis nobis nepotibus non feri victoris iugum in populos monet aliqua ratione instaurandum, at latini sermonis vim docet, tamquam societatis commercium, quae unam facere et concordem valeat humanitatem omnium gentium.

Quod felix, bonum faustumque siet!»

Hisce ad meridiem coetus dimissus.

SESSIO CONVENTUS I.

DIE XVI MENS. APRILIS, ANN. MDCCCLIII, HORA IX A. M.

Praeside excellentissimo viro Angelo De Gubernatis; alteris a Praeside doctore Angelo Valdarnini et Iacobo Tasset; a secretis doctore Iosepho Fornari.

Illustris vir A. De Gubernatis lueulenter et eleganter utrumque sessionis huins finem tra-

dit; quorum alter est uti latinus sermo inter orbis civitates communis constituatur, alter ut Romae Latinum Ephebeum astruatur. Cirea primum quinque oratores indicat de re loquuturos: prior I. Tasset universale argumentum attinget: hoc est «de ratione, qua hodierna europaea et cetera universarum gentium latine dici, aut significari possint». Valdarninius, Bononiensis athenaei philosophus insignis, quaestionis partem, quae doctrinam respicit, enucleabit; nobilis vir dynasta Guillibert circa philologiam argumentum rei ventilabit. De ratione docendi in scholis, quam «didacticam» vocant, illustris vir a Spoletino lyceo Neno Simonettius dicet; Iosephus denique Fornarius exponet quae de re Romae iam inita sunt, praesertim per *Vox Urbis* commentarium, cuius ipse quasi legationem hic et primas agit. Generalis disceptatio inde sequetur. Alteram ipse quaestionem, Angelus De Gubernatis, agitabit, absente excellentissimo viro Henrico Moreno, Argentinæ Reipublicæ in Urbe legato, quem una et ipse proponit.

Hisce praemissis, uti sententiam dieat suam hortatur Tassetum, qui verbis hisce latine orsus est:

«Sermone mundano intermedio, Quirites, non sola europaea culturae recentiora, sed universa cunctarum gentium tempestatumque dicenda, nemo infitias eat. Nam si securus esset, quo potiore alio sermone nostri interpretes orientalia vetera et hodierna, scribentes aut orantes, redderent? Et ipsi Asiani, Indi, Seres, Arabes, Iaponi, nobisum et inter se conversantes, sermone alio potiore uti deberent. Tune duo essent sermones intermedii: alter doctorum Latinorum, alter ceterorum hominum, doctorum vel indoctorum, nostri similium vel dissimilium. Verum enim, Quirites, alter omnium, mundanus merito intermediusque dicetur; paucorum alter, omnino mundanus non esset. Ergo universa, qui latinum sermonem eligunt, universis latine dicere vel significare, cogente necessitate, debent.

Quae quum ita sint, modum, quo immenses illas sexcentarum gentium notiones et cogitationes, unius sermonis modico verborum numero – quae memoria commode tenenda sunt – exprimantur, diligenter commentandum esse censeo. Nam diversi sunt, apud diversas gentes, sensus animi et alia propriis verbis expriment alii sermones. Quae si totidem vocabulare reddenda essent, is sermo, qui sexcentorum copias in unum converteret, omnes illos sensus denis centenis dictionum millibus exprimeret. Id factum volo; at quis erit tanti sermonis gnarus? Pieus nimurum de Mirandola! Nos vero rarissimos neglegimus. Omnes enim, nostra temestate, frequentes cum advenis, et in patria, convenimus; litterisque eorum respondemus. Constat ergo, omnes sensus omnium sermonum verbis unius diei non posse; et ideo meliores paucos esse eligendos.

Universas itaque notiones, qui ab universis intelligi velint, in ordines disponunt naturales, ut plane, quae generales sint, quae speciales, quae singulares, discernant. Tune omnia rerum magnarum genera, quia diurna, si non aeterna, perstant, veteribus esse cognita, et a

summis seri
bis, dicta c
dem », qua
magneticam
rius et apti
bili electro,
candentia ca
natura dieu
nubes, et qu
sunt fulgura
gariales, filo
sus, collocut
vehicula con
mulatis virib
sarianisque v
tem forsitan
ne nocerent
rum fulgural
runt?

Novas aut
veteres, binar
exprimuntur.
tes, id alia t
debes. Sieut e
punctum infig
nitur lueida
aeria, galerus
iaponica. Qui
tempus surge
flunt, adfixan
tacia lagena,
non petasus I
rum cavar, sal
sua nomina, p
Nomina, quae
cies indicant,
mina vero, qui
monem, liet e

Itaque si ill
bus tela mittan
tur, dici potest
montanae, camp
navales, roraria
missilia cerebra
quea a singulis
venaticae; omn
debent. At figura
less pugillares,
Nordenfeld, adi
non vitiant se
sermone latino
fossilia, gignent
tibus, iamduud
Quare ad omne
leat, necesse es
ponae minus q

Is neotiana
hie omnia neot
ianae fistulae
cotiana volumi
dissimilia: Hav
nus pulvis, neot
item neotianus
qui neotianum
rent nominibus
fistulae, volumi
mina? Repudia
sint, supervaca
copolum, tabac
fumibulum, et

nus sermo inter-
ituatur, alter ut
struatur. Circa
at de re loquen-
le argumentum
ua hodierna eu-
gentium latine
aldarninius, Bo-
insignis, quae-
n respicit, enu-
Guillibert circa
entilabit. De ra-
« didacticam »
lyceo Neno Si-
te Fornarius ex-
mita sunt, prea-
ntarium, cuius
rimas agit. Ge-
r. Alteram ipse
ernatis, agitabit.
enrico Moreno,
o legato, quo-

iam dicat suam
s hisce latine

edio, Quirites,
entiora, sed uni-
estatunque di-
si secus esset,
tri interpretes
scribentes aut
siani, Indi, Se-
et inter se con-
e uti deberent.
medii: alter do-
rum hominum,
i similium vel
ites, alter om-
mediusque dice-
mundanus non
num sermonem
vel significare,

, quo innume-
notiones et co-
dico verborum
tenenda sunt –
tandum esse
l diversas gen-
s verbis expri-
tudem vocabu-
i sexcentorum
nes illos sen-
illibus expri-
erit tanti ser-
le Mirandola !

Omnes enim,
m advenis, et
e eorum re-
ensus omnium
posse: et ideo

ab universis
nt naturales,
nae speciales,
omnia rerum
, si non ae-
ognita, et a

summis scriptoribus latinis, electis singulis ver-
bis, dicta optime vident. Quis enim « electri-
dem », quam nuper dixerunt, vim negat esse
magneticam simul atque fulguralem? Quae clari-
us et aptius a fulgere insigni, quam ab igno-
bili electro, sermone latino vocetur. Nam si
cendentia caelestia, non secus ac pruna foci,
natura dieuntur ignes; ita quae tonant inter
nubes, et quae crepitant ad digitum, pariter
sunt fulgura. Efficient ergo Marconii nostri ful-
gurales, filo aut sine filo, significaciones, cur-
sus, collocutiones, virium deductiones: agant
vehicula compitalia, et naviculars in aere cu-
mulatis viribus volueres: ea ciceronianis cae-
sarianisque verbis facillime dicuntur. Illa au-
tem forsitan secreta. Tusei sapientes ac Numa,
ne nocerent vulgo et corruptis saeculis, libro-
rum fulguralium obseuris sententiis condire-
runt?

Novas autem rerum species, non secus ac
veteres, binarum plerumque vocum coniunctione
exprimuntur. Quod suo verbo dicere non po-
tes, id alia tamen ratione significare utique
debes. Sieut enim convenientibus duobus lineis
punctum infigitur, ita totidem vocabulis defi-
nitur lucida notio. Sic *navis loricata, naris aëria, galerus turritus, telum igneum, palla iaponica*. Quin etiam singularia innumera, ad
tempus surgentia cadentiaque, quod evanida
fluant, adfixam, extra sermonem, tamquam pit-
tacia lagena, notam peregrinam patiuntur. Cur
non *petasus Bolivar, caseus Gorgonzola, gara-
rum caviar, saltatio polka* dicerentur? Res enim
sua nomina, praenomina et cognomina habent.
Nomina, quae genera, praenomina, quae spe-
cies indicant, latina semper esse decet; cognomina
vero, quia minoris momenti et extra ser-
monem, licet esse barbara.

Itaque si illud armorum omne genus, qui-
bus tela mittantur, ballista, ut plerisque vide-
tur, dici potest, maiorum species ballistarum;
montanae, campestres, obsidionales, castellanae,
navales, rorariae – sunt enim leves, ut rorarii,
missilia crebra iacentes –; et minoris formae,
quae a singulis tenentur: equestres, pugillares,
venaticae; omnes coniunctis verbis enuntiari
debent. At figurae singularis ballistae *hammerless*
pugillares, aut navales *revolver*, rorariae
Nordenfeld, adiectis notis quibusdam barbaris,
non vitiant sermonem. Quae via non est in
sermone latino nova, sed physicis, inanima,
fossilia, gignentia, bestias in ordines disponen-
tibus, iamdudum trita et usu comprobata.
Quare ad omnes merces notandas optime val-
eat, necesse est. Itaque sermo latinus non cau-
ponae minus quam doctori esse potest utilis.

Is nicotianam tabernam ingreditur. Sunt
hic omnia nicotiana: nicotianus institor, nicotianae fistulae (fictiles, ligneae, electrinae), nicotiana volumina, pretio, origine, magnitudine
dissimilia: *Havana, Bastos, Caporal*; nicotianus pulvis, nicotiana offa, charta, pyxis; odor item nicotianus. Sermo dives nimurum foret,
qui nicotianum odorem nomine donaret! Carent nominibus odor, fumus nicotiani: eur ergo
fistulae, voluminis, institoris desideraremus no-
mina? Repudianda igitur, quae facile fingi pos-
sint, supervacanea vocabula: *tabacopola, tuba-
copolum, tabacotheca, tabacocharta, fumisugus,
fumibulum*, et cetera.

Sermonem latinum ad omnes usus convenire,
satis demonstratum puto.

Hunc imo aureum et purum praeceteris potiorem censeo, quod in eo sit unitas, simplicitas, brevitas, lucidus ordo, proprietas et electio verborum, quibus notiones potissimum notantur generales. Nam vocabula, quae minoris significa-
tionis sunt, ad meliora retinenda, boni ora-
tores semper abiecerunt. Qua proiecta latinitate
hodierni scriptores uti debeant, libro, cui
Lollius nomen, Petrus Angelinus sagaciter ostendit. Modus optime et latine dicendi Cicero-
nis, Caesaris, Sallustii est; quorum exempla qui fuerit imitatus, apte singula, clara generum significacione, dicet. Illos igitur duces scribendo sequamur et enuntiando, ne cum litteris disper-
pent voces. Sermo latinus docendi ratione vivat oportet, et fabris, mercatoribus disciplulisque proletariis habilis fiat. Namque eo res latinae devenerit, Quirites, ut cunctis, aut inutilis, per-
rebat necesse est, aut utilis, per omnes terras et saecula floreat. Quidquid denique humanioris est culturae, id nostrum est, Quirites, ro-
manum est ».

Tassetii suprema verba plausus exceperunt unanimes; quibus fine imposito, haec Italice Valdarninius asseruit, quae nos, inquis paginarum spatis ampliora excludentibus, docta, erudita, fulgentia exiguo compendio et languido coereemus.

Primum igitur exposuit firmavitque, senten-
tiā constituendi linguam omnibus eruditis
communem non esse recentem; at quod prius
ad commodum quaerebatur, nunc ex necessitate
quaerendum esse tum circa intellectum, tum circa
ipsa praeepta de liberorum educatione com-
posita. Hie enim non aequo videt animo, men-
tes adolescentium, oppressas multiplici sar-
cina disciplinarum, singulis hisce pares esse
non posse; inde non modo damna et incom-
moda, sed vel maleficia cultis gentibus provenire;
propterea institutionem coerceri debere ad nativae
linguae magisterium una cum alterius, quae
communis omnibus fiat; ceteris, prout quisque
optaverit, non exceptis, prius duas illae ne-
cessariae imperentur. Nonnulla tentata ad hoc
sunt, quibus magis magisque ostenditur nece-
ssitas quantocius inferendi sermonem communem
omnibus, et commutandi, hoc illato, scholarum
ordinem, quem nunc habemus.

Tum de illo agit idiome, quod *Volapük* vo-
cant, tum de alio, quod *Esperanto*; ostenditque
novam quamlibet linguam artificio, non natura
satagente conditam, ad omnia pertinere non posse.
Vivas autem, quae nunc sunt, linguas iure omnes
legati gentium, qui ad hoc Lutetiam Parisiorum
anno MDCCCC convenerunt, reprobare vo-
luere, nec earum quamlibet induceandam, tam-
quam communem, – *internationale* dicunt, –
optime iudicarunt, ne aemulatio fieret inter civi-
tates, neve illa superbiret, cuius electus esset
sermo; illae autem, quarum sermo esset repro-
batus, minoris haberit viderentur. At praesentibus
omnibus repudiatis, unica appetet latina lingua
numeris omnibus praedita, maximo olim in usu,
nunc ad neminem pertinens et communis tamen
omnibus, qua fortissimorum virorum educata
mens fuit, nutritaque fuerunt ingenia populi
late principis, cui nihil quod delicatum, nihil

quod grave, nihil quod suave, nihil quod au-
sterum defuit umquam in patriis, in plebe;
cuius usus tam late patuit quam romanum im-
perium; quam catholica ecclesia in omni re-
gione orbis terrarum nunc etiam retinet; quae
denique lingua idoneum instrumentum habita
est Romanae indolis et urbanitatis.

Quinimo ferme ad nostros usque dies latina
lingua colloquii eruditorum semper inservit,
et adhuc quamplures nonnullarum gentium docti
viri illa praesertim utuntur, atque ita vigen-
tibus populis non minus ac adolescentibus idonea
fuit, nec minus antiquis se praestitit ho-
dierna populis omnibus. Denique tum in civili
vita et in usu rerum gerendarum privata, tum
in umbratili speculationis ac doctrinae, semper
maximam, semper sibi parem se gessit, omnia
explens, omnibus aequa. His de caussis praec-
omnibus anteferenda videtur, optandumque ut
penes omnes, sicut olim fuit, redeat universalis
et communis lingua saltem ad eruditos.

Hic autem enucleavit, qua latinus sermonatione
usus sit, quomodo sufficiens fuerit ad ea omnia
exprimenda, quae recens non minus quam vetus
conditio in doctrinas ingesserat, commemoratis
praesertim scriptis Rogerii Baconis, Petrarchae,
Aligherii, Andreea Cesalpini, Telesii, Francisci
Baconis, Wilhelmi Gilbert, Cartesii, Galilei, Al-
berici Gentilis, Hugonis Grotii, Malpighii, Mor-
gagnii, Leibnitii, Newtonii, donec nostros at-
tingit annos mirabilis felicitate et facundia.

Post haec, tria illa obsoleta refutavit quae ad-
versus latinum sermonem, ne communis gentibus
reviviscat, obiciuntur. Haec sunt: I.º quod lingua
grammaticalibus legibus ardua sit tum in mor-
phologia, tum in syntaxi; II.º quod hodiernis
novis rebus significandis inepta sit quippe de-
mortua; III.º denique, et eadem de causa, quod
conditionibus hodiernae vitae usibusque prorsus
inepta. Quibus subrutis ac dimotis: – « Quando-
nam, – inquit, – et quomodo titanicum hoc opus
absolvetur, ita ut sermo latinus universalis re-
deat et revirescat, nosque et oblectet et so-
letur?... – Quando, – respondet, – et quoties
tres vel quatuor civitates, ex America et Eu-
ropa, constituant in scholis singulis suis, quae
mediae vocantur, duas tantum docendas esse
linguas: regionis propriam, et latinam. Cete-
rarum studia linguarum delegentur ad eos, si-
cuti nunc fit, qui suadente ingenio, illis ad-
dicere se cupiant, et in disciplinas peculiares
incumbunt. Tempus et exemplum reliqua non
conficiunt modo, sed perficiunt et coronabunt.
At interea, ut gradatim latina lingua accedat
quasi auxiliatrix et socia cuiusvis idiomatici
recentioris a latino derivati aut externi, aut
alieni cuiuslibet, ut lingua nationibus omni-
bus communis erumpat, necessum est:

I.º In civitatibus, quae de stirpe latina sunt,
principere ut scholae mediae latino sermoni
dent operam; quae autem ab ortu ac progenie
latina non sunt cultumque tamen et humani-
tatem servant, nostris inclinatae precibus stu-
dium latinitatis iisdem in scholis mediis et ser-
vent et honore prosequantur si teneant; si ca-
uerint, includant.

II.º Hisce in scholis assuescant adolescentes
latinis colloquii, prout pluribus in ludis
fit, non sine lucro magno, circa nonnullas vi-
vas linguas externas, quae non minus praec-

cepto grammaticalique quam consuetudine sermonis traduntur. Quod ut facilius efficiatur, promptuaria quaedam communium vocum, quae magis in more quotidiano et ferme domestico sint, conserbantur, edantur, et phrases quaedam ad elegantiam addantur.

III.^o Siquae ephemerides latine seribantur, edantur, tum in Italia, tum apud exterias nationes, favore, gratia cumulantur, ornentur.

IV.^o Consentientibus nationibus omnibus, quae « Academiarum » acta referunt, vel doctorum virorum conventuum, latine apud civitates omnes exarentur.

V.^o Romae constituatur Latinum Ephebeum ingens, cuius pateant fortes adolescentibus tam nostratis Latinis, quam alienigenis, ubi et instituantur et alantur: in ipso autem singula quotidiana vitae nonnisi latine exprimantur; brevi, semper ibi omnes latine loquuntur».

Orationis fulgidissimae haec summa, quam saepe interrupere audientium plausus et voces: exitum eadem coronarunt.

At illustris vir A. De Gubernatis praecipuum sibi tulit gratulari oratori felicissimo, et agere gratias quia mirabiliter consenserat de Collegio illo Latino instituendo in hac Urbe omnibus communis adolescentulis. Cuus quidem, quoniam inedit sermo, opportunum ducit, quasi summas quasdam describere lineas, et coetus universi flagitare sententiam, qua et probent et decernant ut sit.

« Collegium hoc internationale Latinum Romae erendum, – vir clarissimus addit, – tum disciplinas omnes optimas artesque excolet, tum omnia, quae ad iustitiam, ad humanitatem, ad urbanitatem provehendas amplificandasque pertinent; praesertim intendet, ad filios roborandos nostros, progeniemque ex istis venturam, ut viri sint saeculo suo pares, iisque imbuantur praeceptis atque instituantur, quibus late effulgeat altiusque emineat quidquid latina urbanitas et sapientia et scientia ferunt. Quae ibi adolescentes discent, eos ad vitae dignitatem deinceps induendum ita propellent, ut novis temporibus perpetua causa moralis et civilis progressus, et perfectionis non modo sint sibi ipsi futuri, sed etiam apud eos qui buseum agent et vivent».

Itaque unanimi plausu et publico suffragia electioni Collegii huius latini conferuntur.

Post haec ad ea, redit disceptatio, quae diei primi argumentum erant.

Clarissimus vir dynasta Guillebert et sua et illustris doctoris Charpin, qui ab Aquis Sextiis est, auctoritate, gallice loquutus, orationem edit, vehementem, floridissimam, qua latinam linguam asseruit communem habendam omnibus, qui philologiae operam navabunt.

Hunc sequutus est clarissimus vir Neno Simonetti, e Spoleto regio lyceo qui, sit venia scriptori rem amplissimam summis tantum capitibus cohibenti, haec argumentose ferebat: – Quoniam conventus huius nostri maximum est latentes in latinitate vires iterum excitare et dormitantes virtutes expergescere, quotquot pristinae dignitati inserviunt collatis sententiis, et auctoritatibus ea praetereunte.

quae exigua et miserrima sunt inter compedes grammaticalium academicarum, ad altiora intentant mentes oculosque convertant, quibus restituatur antiqua celeberrimae gentis indoles, et hodiernis moribus, ingenii addita reviviseat. Atque haec animorum vita priscorum sponte aletur et crescat in scholis, si tamen hae sint non careeres, ubi superciliosi, tristes pedagogi taedio animas ercent, sed iucundus, laetusque quotidianus conventus, quibus auctoritate scriptorum, qui summi in latinis rebus et fuerunt et sunt in veritatis et magnificentiae inquisitionem opere mutuo assuescant. Latina indoles revirescit et quodammodo resurgit in studio, analogiis et comparationibus litterarum et conditionum idoneis. Vel in primordiis grammaticalibus pars excitationis et resurrectionis huiusmodi puero est, adolescentulo est, si morphologia, si syntaxis ipsa ostendantur in areaulis et penetralibus, non quasi quid arbitrarium, et pro libitu dicentium inventae, demorta ossa veteris ac demorta gentis, sed quasi speculum necessarium et naturale, sed quasi vis quaedam ab indole ipsa et ingenio erumpens ac defluens, ex qua veluti ex pellucidis undis tota emergat pulchritudo animae mentisque latinae. Si Carduccio morem geramus, litterae sunt quaedam emanatio spirituialis quaedam uniuscuiusque irradatio populi. Hinc non exsangue, non tenue, non gelidum litterarum studium illarum, sed fervens ac serena simul consideratio conditionum omnium, in quibus extiterunt, modo gaudio, modo laetitia, modo spe, modo sollicitudinibus affectae, prout actas, prout civilium temporum vices, et consuetudo iubebant; haec, inquam, sint, haec perpendantur, inquirantur; et academicae illae hypercriticae, et rhetorum insanientium erupundia respuantur, repudientur. Qui ea scripserunt diligentur; dilectio haec reliqua ostendet.

Sed huiusmodi, et ritu hoc incepta lectio, varia sit, et abundans. Latina indoles non illo, aut illo tantum scriptore continetur, sed multiplex, multiformis est, sed ea est, quae (velim ab omnibus, sit saltem a plurimis) perleuis exsurgat, quae seriem temporum, non tempus det, saecula non annos. Idque grave huius aetatis crimen est, quae latinos auctores ad unum et alterum reducunt; felix, eruditissimus, qui viginti paginas discipulus in decem diversis perlegerit auctoribus! Nemo asserat plura omnem ferme occupare animum, absorbere mentem. Breves horae numquid Deus Terminus sunt, qui dimoveri loco non sinat? Recta ratio superfluis disciplinis detrahant, necessaria latinis tribuat. Equis vetet e plurimis optima congerere, suum cuique locum constitutere, ita instituere ut horis datis conveniens et aqua sit institutio; ita disponere ut adolescens de cognito, et iure, non de ignoto, nec temere iudicet? – Haec et plura Simonettius edixit, quibus finem fecit asserens haec se, et sua et aliorum auctoritate dixisse, ut coetus de iis iudicet, subiectanturque oculis et menti clarissimorum virorum, qui studiis moderandis et alendis praesunt, ut qui nova haec ratione in latinorum inebuerint ingenium indolemque priscorum, melius, quae late Regis populi fuerunt, agnoscant, cuius nos, etsi diversis regionibus et civitatibus orti, et gloriam sentimus animo, et superbiam tantae

originis muleemur, nec patiemur umquam vocari tantorum degeneres filii maiorum.

Subinde de nostro Commentario dicturus asurgit Iosephus Fornari, qui, exhibita epistola Felicis Ramorini docentis in Florentino athe næo, et idem nobis propugnantis, immo et nova ad propugnandum argumenta adducentis (1), latinam orationem, prout sequitur, euntes magna exspectatione intentis, recitavit:

« CORAM iis dicentem, qui in Urbem convenire ut latinitatis rationes procurarent, nullum profecto eloquim decet, nisi latinum: nec equidem alio uti possim, cum vobis de re mihi sit referendum, quae tota romana est, imo vi ipsa nominis *Vocem Urbis* resonat, quae bono alite sextum iam annum ex nobilissimo hoe orbis universi capite bis in mense hue ad extremas Indiei maris oras, illuc ad Pacifici diffunditur. Quamquam in suscipiendo negotio de Commentario hoe disserendi, in quo primae mihi partes aguntur, valde timui ne superbiae notam quis impingeret; at simul ad omnem eximendam dubitationem id succurrerit in mente, quoties Urbis gloria et fasti recolantur et historia ingens, neminem esse qui se minimum ineptumque non sentiat, ac magnitudine nominis romani sive pusillus, sive magnus, haud pariter obruatur.

Equis autem vir exstitit, eni consilio et ope vox haec alma, quam restinctam plurimi voluerant, insonuit iterum ubique gentium, veluti commune percipiendi signum et vineulum sapientum commune? Honoris caussa altius affirmo: Romanus civis fuit ille, Aristides Leoninus, qui artis suae causa saepe abesse patria coactus, – quemadmodum haec etiam die infauste contigit, – dissita ad loca et varia iter faciens, animadvertis ubique omnem humanitatem latino ex fonte esse derivatam, expertus ubique omnes populos, quavis stirpe genitos, ex Romanorum libris et sermone suarum quoque rudimenta litterarum hausisse, unam esse loquiam arguit, unam linguam, nulla saeculorum diuturnitate deletam, imo in memoria virorum honestioris ordinis ubique gentium viventem adhuc, et plurimorum in calamo vivacem, ac vivam in ore multorum.

Nec profecto, post memoriam rerum gestarum indelebilem, est quidquam, unde romanum nomen contra fata vixerit et ad occasum usque saeculorum sit victurum, quam avitus hic sermo, omnium forte nobilissimus.

Fatorum itaque haereditate utendum Leoninus sensit audacter, quinque, novissima praesertim aetate, varie agitaretur a plerisque consilium de certo sermone proponendo, quo gentes in artium disciplinarumque commercio, quavis aemulatione semota et exiguo labore uferentur, id praesto esse adspergit in patrimonio communis humanitatis, lingua et sermone latino.

Linguam et sermonem consulto dixi: non enim viro commentarium huiusmodi in Urbe instituenti, neque scribentibus nobis consilium esse potuit, ut latina verba perpauca eademque soluta et quasi totidem fragmentis adhiberemus, ut perlegeremur quomodolibet ab omnibus qui linguam maiorum vix pueruli in ludo deliba-

(1) Videas ipsam epistolam sub fine fasciculi.

verint; sed ut, p
humanitate, ling
tres utebantur;
unum aliquid es
variis membris co
itemque mobile a
mendas, sese de
simul et mentes

Anno itaque n
gesimo octavo e
specta fuissent s
communicavit, m
dide fateor – rei
gnitudine tamen
coopi a proposito
ipse privato suo
set admoveare ma
tot difficultibus
enim ac solutum
oportebat, nec eu
bis, servire, huius
lis habere, dum
mercia prospiciu
testor, iure gloria
incrementum max
trum.

Sed tenax pro
spiciens, sua tant
molitus est, ut *O
bis* commentarii
auspicato, epigrar
litterarum cultor
senescente aetate
afflatus, ad sermo
ei gloria parta fu
nostra inter prim
sima inscriptum,
vit, ad quam L
seilicet paeto, si
de novissimis use
prorsus inauditis
tum, sed perfecto

Diariorum eph
critices artis iur
stupore quadam e
res; incerti haes
sociique, etsi mu
tamen quot erat
suecurrenerunt. For
ipso novorum au
liberatores appell
tibus quodammodo
san, idque magi
reprehensionem
contra unice int
enim reapse eura
dia res corruere v
sum qui scriptor
mentarioque redi
nentem nobilissi
nominis dedecet
quamvis sentire
exiguae? Consil
titulo inscriptum
propositum, reve
omnino, ac peri
sibi assumerent,
minis.

Quae eum m
tatae fluctibus m

mur umquam vocari
uorum.

entario dicturus as-
si, exhibita epistola
in Florentino athe-
ropugnantis, immo
argumenta addu-
m, prout sequitur,
e intentis, recitavit:

ti in Urbem conve-
tiones procurarent,
et, nisi latinum; nec
um vobis de re mihi
romana est, imo vi
resonat, quae bono
ex nobilissimo hoc
mense hic ad extre-
me ad Pacifici diffun-
diendo negotio de-
di, in quo primae
timui ne superbiae
simul ad omne
ad sucurrit in men-
ta et fasti recolan-
minem esse qui se
sentiat, ac magni-
e pusillus, sive ma-
sur.

it, cuius consilio et
restinetam plurimi
ubique gentium, ve-
signum et vineulum
oris caussa altius af-
ille, Aristides Leo-
saepe abesse patria
ac etiam die infause
et varia iter faciens,
em humanitatem la-
am, expertus ubique
pe genitos, ex Ro-
suarum quoque ru-
e, unam esse loque-
, nulla saeculorum
n memoria virorum
gentium viventem
alamo vivacem, ac

riam rerum gesta-
am, unde romanum
ad occasum usque
ham avitus hic ser-
mus.

ate utendum Leo-
umque, novissima
taretur a plerisque
e proponendo, quo
rumque commercio,
et exiguo labore
adspexit in patri-
is, lingua et ser-

onsulto dixi: non
uiusmodi in Urbe
us nobis consilium
erpauca eademque
entis adhiberemus,
et ab omnibus qui
ali in ludo deliba-
e huius fasciculi.

verint; sed ut, pro nostris viribus nostraque
humanitate, lingua plane uteremur quali pa-
tres utebantur; eorum, inquam, lingua prout
unum aliquid est simplex pariter ac multiplex,
variis membris conflatum ordine certo connexis,
itemque mobile ad omnes mentis rationes expri-
mendas, sese denique illa forma offerens, quae
simul et mentes erudiret, et aures oblectaret.

Anno itaque millesimo octingentesimo nona-
gesimo octavo cum auctori nostro haec per-
specta fuissent satisque cogitata, amicis ipse
communicavit, mihique inter primos, qui – can-
dide fateor – rei quamvis novitate affectus, ma-
gnitudine tamen ausus renui deteritus, eumque
coepi a proposito revocare. Quomodo enim unus
ipse privato suo aere ad opus non solum pos-
set admoveare manus, sed rei tam diurnae,
tot difficultatibus obnoxiae resistere? Liberum
enim ac solutum a ciuisvis tutela eum esse
oportebat, nec ciuiquam, nisi studio patriae Ur-
bis, servire, huiusque gloriam maxime prae oculis
habere, dum universae humanitatis com-
mercia prospiciuntur. Qua libertate, libens ob-
testor, iure gloriamur, atque inde Commentarii
incrementum maxima ex parte sumptum arbit-
ramur.

Sed tenax propositi vir contraria omnia de-
spiciens, sua tantum quaerens ita egit atque
molitus est, ut Octobri mense primus *Vox Ur-
bis* commentarii fasciculus prodierit, quem,
auspicato, epigrammate decoravit vir insignis
litterarum cultor Maurus Riccius. Qui quidem
senescente aetate iuvenili ardore etiam tum
afflatus, ad sermonem laetus rediit, unde prima
ei gloria parta fuerat, satyrici poetae aetate
nostra inter primores. Carmen, *Birota velocissima* inscriptum, nitido exemplo rem monstra-
vit, ad quam Leonorius intendebat, quoniam
seilicet pacto, si aequa Minerva succurreret,
de novissimis usque inventis et more maiorum
prorsus inauditis latine dicere non verbis tan-
tum, sed perfecto stilo ac forma licet.

Diariorum ephemeridumque scriptores, qui
critices artis iura exercent, insolitum ausum
stupore quodam exceperunt, laudavere plu-
res; incerti haesere nonnulli; lectores autem
sociique, etsi multi statim subscripterint, non
tamen quot erat in votis, latinis ex gentibus
succederunt. Forsitan id quoque, – ut in limine
ipso novorum ausum Latinis nobis, quos de-
liberatores appellant, contingere solet, – nutan-
tibus quodammodo passibus adscribendum; for-
san, idque magis dolendum..... Sed ne in
reprehensionem haec mea vertat oratio: sua
contra unice inter sentes prosequatur. Asperae
enim reapte curiae, talesque, ut vel inter exor-
dia res corrue revideretur, ipso retrahente gres-
sum qui scriptorum collegio comparando com-
mentarioque redigendo erat praepositus. Immi-
nentem nobilissimi intentus iacturam, latini
nominis dedecus, equis Romanus pateretur,
quamvis sentiret quam ingenii vires essent
exiguae? Consilium enim magnum tantoque
titulo inscriptum, postquam semel publice esset
propositum, reverti ad nihilum probosum erat
omnino, ac periculi simul plenum, ne alii forte
sibi assumerent, quod ius erat romani mol-
inis.

Quae cum mente volvissem, invitatus, agi-
tatae fluctibus navis clavum assumere iam non

dubitavi, hoe animo, ut recta via litus illud
tantummodo peterem, quod in hac oratione
superius adumbratum, nunc clarus vobis expla-
nare iuvat: exemplo ostendere populis omni-
bus sive latino, sive germanico, sive anglo,
sive slavorum semine ortis, unam esse linguam,
quae aequo iure omnem nostram humanitatem
a saeculis ipsa docuerit et doceat; exemplo
ostendere quoniam pacto hodie praesertim, dum
in maxima commerciorum communione com-
muni sermone disciplinarum artiumque culto-
res summopere egemus. haec scilicet lingua
necessitati servire queat: exemplo ostendere
quomodo haec lingua et sermo hic, quippe quae
numquam restincta integra ubique libris et cal-
amo vixerint ac vivant, adhiberi valeant ad
omnia vel novissima inventa nuncupanda, de-
scribenda, ad omnia consilia, ad omnem mentem
aetatis novissimae exponenda atque expla-
nanda, ad omnes animi motus, quibus ultimi
agitamur nepotes, reddendos fideliter; exemplo
denique ostendere, id una tantum via assequi
nos posse, si tamen lingua maiorum uteremur,
introducentes quidem verba novis inventis ac
necessitatibus opportuna, at puro fonte deducta
nulloque barbarorum contagio foedata, ac simul
utentes sermone integro, integra forma, stilo
latino; utentes rationibus et modis iis, qui-
bus sermones vivunt, constant, aliquid unum
sunt, et propriis artibus moventur propria-
que veste induuntur. Haec ut assequeremur
nos etiam origine romana iuvari, unde quisquis
nostrum, post perfectos maiorum libros, insu-
nare aures latinae orationis circuitu et mensu-
ra facilius experimur, quam peregrinis ple-
rumque contingat. Nec amplio quidem ac di-
sieeto scriptorum circulo uti oportere arbitri-
sum, sed in tenui ambitu versari ex civibus
ipsis Urbis adlecto, dummodo officii sui mem-
more, constanti, industria et labore impigo:
centrum nimurum volvimus ab Urbe constitui,
quo ceteri veluti radii se converterent indeque,
repercussionis quasi vi, manarent.

Itaque laboris consortes habuti adsiduos Hy-
acinthum De Vecchi Pieralice, virum latinae
humanitatis non tam alumnum quam haeredem
felicem, et Ioachimum Antonellum iurisperitum,
iuvenem illum quidem, sed romani no-
minis sui libere contumacem et bonarum ar-
tium cultorem studiosissimum; omnes autem
nos, quique operis undique participes fieri cu-
perent, censurae obnoxios volvi magistri quondam
mei dilecti, amplissimi viri Petri Ange-
lini, cuius modestia non impedivit quominus
litteratorum respublica eum vere arbitrum la-
tinae elegantiae haberet.

Hic fuit praesidiis *Vox Urbis* commen-
tarius quinquennale iter est dimensus, neque
a proposito umquam sibi tramite, quantum qui-
dem in nobis fuit, aberravit. De litteris latini
fovendis augendisque prima, ut ius erat,
fuere: de latinitatis progressu scripsit Ange-
linus ipse vulgata appendice, cui titulus *Lol-
lius, sive de proiecta latinitate*, quod opus
deinceps in volumen seiunctum venale fecimus.
Humanitatis totius solliciti, de moribus sive
antiquorum, sive recentiorum gentium totidem
scripta vulgavimus: at antiquitatum discipli-
nae, tum sacrae tum profanae, potior fuit lo-
cus. Quae recens ex effusionibus romani fori

novissimis innotuere, ea sedulo nunciavimus,
de iisque non semel disceptationes instituimus,
quibus nobilissimas historiae nostrae traditio-
nes vindicaremus, quemadmodum christianum
nomen ab inlatis Neroniani incendi novissi-
mis criminibus fuso calamo defendimus.
Illustrum virorum vitae sunt saepe enarratae,
quoties praesertim occasionem praebuerint obi-
tus, anniversarii dies, publicae feriae. De bo-
nis artibus edita multa, cum vicies et ultra ex
professo de iis disseruerimus: quadragies au-
tem critices artis et grammatices argumenta obtu-
lerint. Reliquae scientiae patrimonium quod
augeret nihil novi ferme contulisse scimus,
quod etsi liecat angustari nobis aliquando multo
abundantius posse perficere, haud certe praecci-
pum hactenus nobis erat, coementia et lateres
conferentibus. Datum est tamen documentum
praebere quomodo de recentissimis queque in-
ventis latina dicendi vi apprime omnes loqui
possint, quod praesertim sive articulis inscri-
ptis *de communibus vitae rebus* fecimus, – quos
Maurus ille Riccius initit: eo magno nostrum
cum luctu demortuo. De Vecchi est prosequu-
tus – sive quinquaginta et amplius illis articulis,
qui de disciplinis omnibus fuere. Et his quidem diebus, sapientibus vigesimum quin-
tum redeuntem annum ab obitu Angeli Sec-
chii, siderum inter spectatores clarissimi, cele-
brantibus, pertentatus quoque feliciter est ausus
novus, fasciculum sermone nostro edendi de
operibus, eiusque vita et de re astronomica to-
tum, ut vir, latini nominis gloria insignis, la-
tino eloquio celebraretur; in quo fasciculo con-
dendo astronomiae disciplinae cultores undi-
que essent participes. Eventus memorabilis est,
haereatque in mentibus vestris, humanissimi
viri, quibus brevi de latinitate promovenda ac
tuenda sunt ineunda consilia; invitanti enim
mihi qui eadem arte magis pollerent, non so-
lum ubique gentium morem gessere, sed etiam
datis litteris votum expromere passim non du-
bitarunt, ut rediret tandem in communem do-
ctrinæ usum lingua latina.

Ne nimius sim, cetera quae vulgavimus pra-
teream; id unum affirmabo, nec quisquam qui
iter nostrum est prosequutus mendaciis me poterit
coarguere, nihil nos neglexisse quod ho-
diernae vitae vivendae disciplinam, sapientiam,
doctrinam respiceret, ab omnium artium exhibi-
tionibus ad doctorum conventus, a polaribus
itineribus ad currus interna vi actos, a colum-
bis viatoribus ad aëream navigationem, a ce-
lebellimis musices operibus quae diebus nostris
prodirent ad popularia theatra, a Dreyfusiana
re ad Balkanicam, ab oeconomiae et socialis,
quam dicunt, disciplinae progressu ad opificum
desertiones. Quin etiam de publicis cuiusque
gentis rebus et negotiis annales fideliter singu-
lari fasciculis constituimus, una animadver-
tentates praecipuas leges quas publici per orbem
coetus ubique gentium tulissent. Neque chro-
nicon negleximus eventuum memoria tristi vel
laeta maxime illustrium, neque, miscentes utile
dulci, narratiunculas iocosas, sive lectas ludo-
rum descriptiones, sive, praemio solventibus
assignato, aenigmata.

Non una haec tamen praemia sociis consti-
tuta; communis enim usui inservientes quotan-
nis uniuersique ex commentarii subnotatoribus

dedimus; dedimus non semel iis, qui victores evasissent ex indicto certamine vel de carminibus, vel scriptis soluta oratione.

Poeseos enim latinorumque carminum foventiae servandaeque arti acrem contulimus operam: iunioribus inde qui in palaestra hac nobilissima suas vires experientur apud nos patuit aditus, patuit Francisco Xaverio Reuss, alsatiana stirpe viro, et animo et domicilio romano, ut suam revelaret poeticam vim, quae in Amstelodamensi Hoefttiano annuo certamine Ioami Pascoli, poetae illi clarissimo, palmam contenderet, quae in *Voce nostra Lafontanii* gallicas fabulas latine redderet, Ioannis Baptiste Giraud versionem non retractans quidem, sed novas omnino ac proprio fulgentes nitidissimo stilo.

Ante eius periculum Clasii lusus pastorales, quos Ioannes Battanius Volaterranus ex italicō idiomate mutuatus erat, vulgavimus; dedimus etiam Mauri Riepii interpretationem Manzoniani hymni celeberrimi a tertio Maii Nonis inscripti, quam Nicolaus Tommaseus ita iamdiu laudaverat, quasi ipsum auctorem latinus interpres hic illie viciisset: aliaque eiusmodi exhibuimus, quae nemo mirabitur locum in *Voce Urbis* invenisse, dummodo perpenderit quantum in reddendis vario modo humanis cogitationibus artem ipsi interpretes ad operam conferant novae linguae peritia ac lenocinio usi.

Quinimo inedita aliquando veterum carmina vel solutas orationes, aut parum nota, apud nos edi opportunum arbitrati, dialogum nuper vulgare coepimus de latīnae linguae pronunciazione saeculo p. C. XVI exscriptum, hinc ut memoraremus nec interruptam unquam nec restinctam latine dicendi facultatem, inde ut quaestionem perarduam ac saepe renovatam funditus pertractaremus, in quam sociorum plurimi suam doctrinam et facundiam contulere; quam his diebus in historiarum rerum conventu *ii qui φιλολογίζει* excolunt ad proximum coetum expendendam sibi proposuere, cuius vos etiam, viri doctissimi, non oblituros confido, siquidem disceptatio haec necessario sententiam sequetur, in qua est hodie vobis consistendum.

Quam quidem ut sollemniter proferatis maturum tandem esse tempus censeo. Eam enim prae omnibus liberali animo amplexati Romam convenistis, eam historia efflagitat, reposeit doctrina, percontatur humanitas. Eam denique a vobis requirit *Vox Urbis*, habeatque laboris sui, quicunque is denique fuit, non vulgare pretium, eam audire iisdem conceptam verbis, quae in ipsis paginis Felix Ramorinus, doctor literis tradendis in Florentino athenaeo, olim edixit: *Haec formula nostra sit: latinus sermo doctrinarum omnium et disciplinarum communis habendus est*.

Perpensis igitur omnibus, quae pro re sunt, ab oratoribus, coetus Praeses cuique dicendi protestatem fecit ut libere, si qua contra essent, exprimeret. Prior eruditus vir, e gallico « Institutu » Derenbourg ancipitem se de speratis fatur ea potissimum de causa quia sermo latinus, cui communis linguae nunc munus tribuitur, paucorum in usu tantummodo vivit, hunc pauci noseunt, huius in studium non frequentes

ineumbunt. Quo quidem conatu in cassum eunte, magna inde detimenta et huius linguae deus acciperet, et maxima fortassis inde gallius sermo referret, qui regionibus nonnullis certe, nonnullis ferme communis habetur; itaque fiet, ut latīnae gentes, – nec enim gallica alia est –, dum latino meliora quaerunt, instar Aesopiani canis, bona gallico amittant. Insper graviter obstat diversa apud singulos populos latini sermonis pronunciatio, qua aliud aliis latinum penitus videtur eloquim.

Consentiant auctoritatemque dicentis augent doctores Ilie Gherghel ac Terrier, qui alaeriter gallico idiomatici laudem linguae communis « diplomaticae », ut aiunt, vindicat. Obiectentibus valida reddunt e contra eruditis viri Bonafous, Tasset, Valdarnini et nobilis Guillibert; ac post eos Angelus De Gubernatis affirmans argumentum, quo maxime contra latinitatem pugnatur, mirabiliter in obiectentibus retorqueri: nova enim et vehementior ingruet cura latinitatis provehendae si, quod tamen negari etiam potest, et parum et a paucis colatur celeberrimus iste sermo, unde in universum terrarum orbem lux tanta processit. Cirea diversitatem pronunciationis vero notavit ex hac minime facienda infirmari, cum iam olim talis fuisse, ita ut sermo vulgaris valde a patricio differret, itemque provinciarum sermo a sermone principis Urbis; idque non minus nunc esse in linguis, quae usui sunt viventibus populis. Hae enim non modo a regione et regione, sed vel a pago et pago inter se differunt, quamvis eadem sub civitate appellentur. Quum igitur minime in prisca Roma, minime in hodiernis gentibus id officiat, non satis appareat qua de causa tanti faciendum sit argumentum, contra quod et vetus aetas et hodierna testantur. De iis autem, quae timenda putantur ne latinus sermo locum gallici sermonis occupet in colloquiis, sive etiam in scriptis virorum, quibus regendarum cura rerum publicarum est, haec remota nimium a nobis sunt, neque brevi certe futura. Quod si sermo latinus in eam apud civitatum rectores redierit sedem, quam diu occupavit, melius erit gallicae dignitati cessisse locum materno sermoni latino, quam externae gentis eiusvis. « Ceterum, – addidit illustris vir, – futura relinquens genibus imposita Iovis, magnum erit mihi, si duo concedantur, pro quibus rogo, I^o ut, quae doctorum virorum coetus, academiae in acta sua deferant, latine seribantur; II^o ut promptuarium latinarum vocum, quae satis hodiernis sint rebus, astruatur ».

At Fornario nostro haec non videntur sufficere, neque parvo contentum fore se profitetur. Duo haec sancienda sunt, sed postquam tamen praecipua sententia sarta tectaque habeatur, sine qua duo superiora illa esse non possunt. Adversus hanc ambiguitatem potius, quam vera causa se mununt, quotquot se confitentur nutantes, ancipites et incertos. Absit (et operaе pretium est aperte fateri), quod bono sermonis latini excidium aliarum linguarum quis intelligat et moliat. Equis enim ita amens sit, ut labenti fluvio procedentium naturali necessitate rerum obsistere posse cogitet, ac de currentem ammem manibus tentet continere? Et quo animo ipse, qui loquitur, orator ad intermissionem patrii sermonis sui suavissimi, ad ex-

terminium italicae linguae contendat, aliosque ad hanc excindendam *ostracismo* voeet? « Nos, – inquit, – restauratione latinitatis honorem deusque addimus linguis, quae a latinitate processerunt; nos non abrumpimus, sed iter sternimus viantibus in meliora populis et magna eum laude procedentibus »... Atque hic iuventute afflatus in lyrium quoddam erumpit soluta oratione concinnum, quo humanitati, cultui civili et progressui gentium, non minus quam ipse, auditores abripiuntur in conclamations et in sententiam hanc statuendam, quae bona, fauna, felix civitatis latina ab origine ceterisque omnibus sit cessa.

Sententia constituta est huiusmodi:

Latinorum conventus Romae die XVI mensis Aprilis an. MDCCCCIII primum congregatus vehementer exoptat et posecit:

I) ut sermo latinus inter gentes universas communis habeatur et adhibetur ad humanitatis commercium foendum, awendum, tenendum;

II) ut collegia coetusque doctorum acta sua, compendio saltem, latine patefaciant;

III) ut universi discipuli sermonem latinum ad colloquia advenarum, peregrinorumque conversationem, interrogantium, vel sciscitantium, in iudicis etiam primariis discant;

IV) ut ad hoc propositum facilis assequendum libelli de rebus quotidiani usus a peritis pura latinitate lucidi terisque scribantur.

Hic sententias singulis expressis et singulis probatis, idem Fornarius, nomine et auctoritate Aristidis Leonori equitis, paginas Commentarii *Vox Urbis* offert, ut in iis primum et solemniter appareant latine conscripta, quae in primo et solempni hoc latinitatis conventu acta iudicataque sunt. Ipsi autem cura erit ut, absolutis, quae in Commentario olim inceptae sunt, « appendicibus » nunc explendis, manus imponantur vulgantis vocibus, phrasibus et modis, quibus colloquia et sermocinationes latīnae haberi possint. Haec autem postea in libros mole mediores et qui nullo incommodo gestari queant relata, seriem conficient, quam votum IV consentiente coetu expressit. Denique eadem auctoritate et nomine singulis offert, qui conventus huius participes sunt, Commentarii fasciculum hesterno die vulgatum.

Praeses oblatis plaudit, de iis gratias agit, et nobilem poetram Theresiam marchionissam Venuti coram coetu statuit pulcherrimum dicituram carmen, quod recens in Capitolio restituta *Forma Urbis* ex ruderibus, impressa olim in marmore, reperta inspiravit. Et carmen planuit, quod sublimi versu et animo romano nobilissima mulier ingenio et afflantibus Musis confecerat.

Traditur postea libellus dono missus a clarissimo viro Adulpho Artioli Ferrariensi, in quo latīna est oratio ad opportunitatem conventus conscripta: *De studiis politioris humanitatis*.

Hic absoluta est sessio, hora circiter prima post meridiem.

SE

DIE XVII MENSE APRILIS

De studiis

Praeside Angelo D eruditissimo viro N. iudicem ordinem ad A. Guillibert, summo a Aquas Sextias.

Nobilis vir Fran rifice historiam Ac tum postquam Rom dit, compendio usus

Dein historica pa lam Gallicam in b illustri viro Ramb

Doctor Salvator S et suavitate dixit c neo-latīnae appellan ad nostros usque d laudans Gastonem P vineia (Provence) co de italica schola d terarum ludis, cui i praeceps, a quo insti studiis, quae a Socie luntur.

De pugna ad Aqu trophaeis Caii Marii Guillibert. Nobilis tione ostendit qua ut Gallicam linguam ex idiomate Provinc facillime aliis et li leetisque levi potest

De Gubernatis pr davit, eaque uti dixi Gallie finitima; a modi inopia. Fratrem de re libros, alterum luto sermone conscri ritum indicavit. Den Henrie Croce Nicie chae versibus immort quibus ostendit et Lau diem, et e Columner

Constituta sententia mittendo, quo coetus suas, et participem s bus ad laudem et rec illius Petrarchae, V coetus dimititur.

SESS

DIE XVII MENSIS APRILIS

De studiis latin ad

Praeside Angelo D eside eruditissimis viris

E senatu italicō Pi ardent et lucidissima laudibus, et quidem claris verbis Carmen que poetram bene tulit.

SESSIO II.

DIE XVII MENSE APRILIS AN. MDCCCHI, HORA IX A. M.

De studiis latinitatis in Gallia.

Praeside Angelo De Gubernatis; alteris a Praeside eruditissimo viro N. Grassi, principe apud altiorem iudicium ordinem ad Aquas Sextias; et nobili dynasta Guillibert, summo a secretis Academiae ibidem ad Aquas Sextias.

Nobilis vir Franchi Verney La Valletta mifrice historiam Academiae Gallicae tum ante, tum postquam Romae in hortis Mediceis condit, compendio usus nitido et vivaci expedivit.

Dein historiae pariter enucleatio circa scholam Gallicam in Urbe (*Ecole Française*), ab illustri viro Rambaud auditæ est.

Docto Salvador Satta summa usus diligentia et suavitate dixit de studiis linguarum, quae *neo-latinae* appellantur, abhinc annos triginta ad nostros usque dies, bene de iis praecipue laudans Gastonem Paris: tum ea quae in Provincia (*Provence*) coluntur; neque minus belle de italicis schola disseruit, præsertim de litterarum ludis, cui illustris vir doctor Monaci præest, a quo institutus et ipse fuit, ac de studiis, quae a *Societate philologica Italica* coluntur.

De pugna ad Aquas Sextias pugnata, deque trophyis Caïi Marii disseruit nobilis dynasta Guillibert. Nobilis vir Gantelmi marchio rationem ostendit qua Frater Savinien usus est, ut Gallicam linguam doceret principia hauriens ex idiomate Provinciae (*Provence*); quae ratio facillime aliis et linguis et idiomatibus dialectisque levi potest aptari negotio.

De Gubernatis præses rationem ipsam laudavit, eaque uti dixit nonnulla oppida italicis, Gallie finitima; at obstat librorum huiusmodi inopia. Fratrem Savinien, qui duos edidit de re libros, alterum carminibus, alterum soluto sermone conscriptum, bene de scholis meritum iudicavit. Denique brevi retulit, quae Henricus Croce Niciensis de Laura illa, Petrarchae versibus immortalitate donata, exquisivit, quibus ostendit et Lauram innuptam suum obiisse diem, et e Columnensi Romano genere ortam.

Constituta sententia de telegrammate Aretium mittendo, quo coetus et gratulationes exprimat suas. et participem se fore spondeat festis diebus ad laudem et recordationem maximi poetæ illius Petrarchæ, VI nunc saeculo, paratis, coetus dimittitur.

SESSIO III.

DIE XVII MENSIS APRILIS AN. MDCCCHI, HORA III P. M.

De studiis latinitatis apud Romanos ad Istrum.

Praeside Angelo De Gubernatis; alteris a Praeside eruditissimis viris Tocilescu et Gavanesul.

E senatu italicico Pierantoni orsus est oratione ardentis et lucidissima, qua Romanos-ad-Istrum laudibus, et quidem meritis, celebrat, ac præclaris verbis Carmen-Sylva reginam eamdemque poetram bene de Romania meritam retulit.

Quanti hac in regione Aligherius noster habatur el: vir Marius Mandalari ostendit, mentione facta præsertim interpretationis Rumeniae, quae scitissimæ feminae Chitiu debetur.

Doctus vir Hugo Alimenti de iis, quae amica sunt inter Italianam et Romaniam suavissime et iucundissime dixit.

Par igitur tanto viro consurgens Codrescu doctor egregio italicico eloquio conquestus est de nondum bene notis orbis Rumenis, qui diligunt et quaerunt Italianam, quam venerabundi cognoscunt ac peragunt; qui autem ex Italiam Romaniam adiverint huius dilectionis testes hanc toto animo rependunt; hinc vota tulit ut Itali saepius regionem illam sibi affinem inviant.

Tunc antiquitatis magister Tocilescu luculentiter disseruit de Romanorum vestigiis in Dacia, quae ipse quasi e sepulcro excitavit, atque, — ut præsidis De Gubernatis verbo utar, — vivificavit.

Idem Praeses notat inter Dacos fuisse et Celtas, qui in nonnullis Istriae oppidis suorum itinerum vestigia liquerunt, affinitatem, quorum cultior in mediis Dacis actio aliquid profert, ita ut humanitatis foecundum Traiani opus operi Iulii Caesaris inter Celtas iure comparetur. Hinc archeologice notatam Dacie chartam indicans a Tocilescu, laudato recens, de Galatz verba fecit, quo in oppido Celto-Galli (*Gallatae*) versabantur, et A. Urechia ille Rumenus sapientissimus, diu et valde tum apud suos tum apud nos lacrymis memorandus, magnam bibliothecam extruxit quasi antenurale et arcem adversus barbaros invadentes.

Denique nobilis vir Guillibert carmina recitat in honorem poetae magni Rumenici Alessandri, cui et latinae gentes et Rumenicae mulieres semper cordi fuerunt et laudibus evitae sempiternis.

Illustris domina Ubertina Griffigni, quae excellebit vivaci gratia verborum, vota proposita, quibus latinitatis scholae apud Istro-Rumenos, et Romanicam ad Dalmatas coloniam instituantur, cum ea sit, quae Italianam versus constituta quasi perpetuitatem vineuli inter Italos et Romaneos tuteatur.

Sessions post haec, ob indicta sollemnia de Academiae Gallicae centenaria commemoratione, ad diem XX dilatae.

SESSIO IV.

DIE XX MENSIS APRILIS AN. MDCCCHI, HORA IX A. M.

De studiis latinitatis apud Iberos et Americanos latinos populos. — Coetus universi dimissio.

Praeside Angelo De Gubernatis; altero a Praeside R. Blanco Fombona, Venezuelanæ gentis procuratore Amstelodami.

Pelayo doctor perspicue disserit de Hispaniae loco in latinarum gentium humanitate. Iberorum ingenium extollit; queritur tamen quod, fervore deficiente, e tanta vi mirabiles qui iure expectari possunt non producuntur effectus.

Dantas, ex Brasiliæ legatione apud Italos, orationem legit nobilis viri, socii sui, Caroli De Azeredo, alterius a Praeside ad hanc conditionem renunciati, qui tamen ob officii sui mu-

nera conventui hodie interesse nequivit. Quae quidem oratio eo tendit ut in luce ponat recente excitata studia in Brasilia, magni mentium animorumque motus testimonium, qui proculdubio uberrimos fructus haud longe erit daturus. Mentionem peculiarem vult scriptoris clarissimi Graça Aranha, qui hodie de civium suorum studiis heie dixisset, nisi mala valedictio eum detinuisset domi.

Derenbourg doctor laudes addit Petri illius Brasiliensium postremi Imperatoris, qui humanitatem hanc suasit, extulit; De Gubernatis autem præses litteras profert Nabuco doctoris, omnianis ut animorum latinorum coniunctio in longinquis Americis augeatur in dies, ita ut paripe facilius si procedere possint cum ceterorum gentium civili progressu.

Sequitur R. Blanco Fombona, iuvenis quidem, at multarum litterarum vir, qui critica ratione litterarum repetit historiam in Venezuelanæ republica.

Loqui iterum aggreditur Pelayo doctor, qui brevi resumens quae hue usque dicta sunt de Iberica gente sive in Europa, sive in Americis, falso arguit a nonnullis affirmari gentem ipsam præteritae gloriae memoris quasi vivere, atque libertatem opprimere: humanitatis enim et ipsa acrius pergit iter; nec universo populo tribendum si quid mali a paucis fuerit allatum.

Eius sententiae accedit Gil Fortoul, Liverpoliensis Venezuelanorum procurator, plura addens de re argumenta, atque orationi sue finem imponens pacem atque omnium hominum fraternalm caritatem auspicatus.

Cuius quidem pignus, idque grave, De Gubernatis præses adnotat ab hoc conventu fuisse exhibatum, qui ita propositum sum plane est consequutus. Iucundum profecto id sub eius exitu posse affirmari; neque iniuria; cum ad vocem Romæ non latini populi tantum accesserint, sed et Germani et Angli, sibi persuasum habentes latinitatem atque humanitatem unum idemque sonare. His conceptae verbis litteræ etiam e Britannia pervenerunt, pervenerunt ex Germanorū civitatibus, atque hodie etiam novissimam e Saxonia accepimus, a foliorum latinorum moderatore missam, quae inscribuntur *Civis Romanus*, et laterem suum conferunt ad hoc latinitatis maximum aedificium. Quod ut mole grandissimum fiat, opera interrupta numquam, industria atque diligentia opus est; oportet ut quo latius possit latinum hoc foedus Roma manans inter omnes populos in dies diffundatur.

Valdarninius doctor Angeli De Gubernatis circa conventum hunc merita revocat, eique plaudit etiam Bononiensis athenaei nomine, quod bonum ius latinum, id est ius humanum, omni tempore procuravit.

Guillibert dynasta Rumenos vult singulari præconio celebrare, qui tam frequentes ad conventum hunc advenere; morem autem gerens Bucarestensi Curioni, eius litteræ superius cum aliis a Praeside lectae sunt, censem ut alter Latinitatis Conventus illa in urbe sit congregandus. — Ad sententiam hanc tuendam, nomine Romanæ Societatis de antiquitate pauca addit el: vir Romulus Artioli; et coetus universi plausu eam confirmat, Popescu, Bucarestensi doctore, ob honorem suae civitati tributum gratias agente.

A Tomé, doctore Parmensi, cogitatione ex planata de ethnographica, ut aiunt, latinarum gentium expositione anno MDCCCCX in Urbe habenda, Paschalis Corte, eques torquatus, conventui valedicit singulis latinarum gentium sermonibus. Acedunt Gallici, Iberi, Americani Graecique legati, ipseque Praeses, qui litteras alias aliaque telegrammata salutatoria aperit. Ex telegrammate Aristidis Leonori, Londino misso. Maeé, doctor occasionem nactus plaudit *Vox Urbis* commentarii conditori ac possessori, eique, eiusque sociis, tam strenuis latinitatis adsertoribus, prospera cuncta ominatur.

Respondet Fornarius, cumque de humanissimis verbis doctori Maeé gratias reddidisset, coetum omnem latinis his verbis salutavit:

Qui voce matris dilectae et sermone patriæ communis advenientes vos salutavi postremus, hodie abeuntibus novissimus valedico. At quo hesterna consulatio magis laeta, eo tristior hodierna: amici enim ab amicis, fratres a fratribus discedimus. Nonne, luce quadam sacra, cum in Capitolina aere primum convenimus unius sanguinis, animi unius pulsare vim intimam sensimus omnes? Nonne similitudine vultus, habitus, vocis atque sermonis patuit commune genus, indeque subito mutui amoris vincula sunt coactata? Nonne flamen illud inexstingibile praesens afflare corda nostra sumus experti, quo latissima, nec aquata euquam parta est non interrupta victoria? Sensimus, herele, latini nominis oceasum nullam visuram aetatem! Atque id quidem in supra salutatione memorasse solamen omnibus carissimum erit, erit simul praecptum saluberrimum.

Cum enim disceditis vos admonet omnes Romae esse filios; admonet fastorum gentis nostræ vos heredes exstare; admonet huius fata in dexteris vestris plerumque esse posita. Qui enim Galliam, Iberiam, atque inde deducti litora Americae incolitis in vos Roma animum intendit quasi sub Divo Iulio stipendia adhuc facientes; qui autem ad Orientis limina, Rumeni appellatione, Romanum ipsum nomen insonatis, vos etiam alma parens consideratione magna prosequitur, quippe adhuc in legionibus Traiani adversus barbaros latinitatis propugnaculum adlectos.

Sed novae humanitatis filios bella manent iam nullibi cruenta: sunt doctrinæ et pacis pugnae ineundæ: sunt populorum reducendæ concordiae; sunt humilium aequissima iura vindicanda. Heic statio hodierna strenuis defensoribus humanitatis latinae, cuius per arma ius omne primum est orbi universo datum, enius per sermonem mox verbum novi foederis est praedicatum ubique, cuius renovato cultu omnis humanitas resurrexit. Quodsi nonnumquam operis pondere opprimi vobis ipsi videamini, tunc faustos hos dies, quos una consumpsimus, in mentem revocate. Sitque nobis cogitatio, qui in primo agmine Romae decertamus, at auxiliis egemus undique, ut gentis nomen in nova loca quotidie producamus, nova semper gloria cumulatum; qui ad sermonem hunc nostrum omnium instaurandum, evulgandum, ditandum nulla interposita mora ineumbimus.

Iamque ut a Vergilio, latinae rei vase summo, auspiciu m vobis advenientibus sumpsi, sic di-

seedentibus ab ipso hodie verbum supremum assumam, assumam et augurium:

Durate et rosnet rebus servate secundis!

Post haec edicta a Praeside ad crastinum diem contione, quae omnis de archeologica re esset, ipse primi conventus latinitatis opera absoluta declaravit.

Munus nostrum absolvimus in *Vox Urbis* latine referendi acta primi Conventus Latinitatis; sed, ut plena undique sit horum dierum memoria, restat ut mentionem faciamus de solemnibus, quae in Conventus huius honorem habita sunt. Id proximis numeris expediemus, non simplici eventuum descriptione, sed loca, monumenta, viros, figuris etiam, nostro more, illustrantes. Finem hodie scribendi facimus brevia ponentes carmina, quae ad salutationem et concordiae perennis monitum alter e nostris scriptoribus, Hyacinthus De Vecchi Pieralice, Conventui dicavit:

*Este salutati, quotquot de stirpe latina
Venistis Romam visere, pulchra cohors.
Instaurate pii, quod priscum consonet unum,
At maternus amor vestra per ora volet.
Hic doceat iubatque; decet Romana profari,
Cui sint in medio pectore ROMA ET AMOR.*

v. u.

FELICIS RAMORINI LITTERAE
IN LATINITATIS CONVENTU EXHIBITAE
DE LINGUA LATINA
IN COMMERCIO VIRORUM DOCTORUM RESTAURANDA.

FELIX RAMORINUS, doctor latinis litteris tradendis in
R. Athenaeo Florentino Iosepho FORNARIO viro
cl. s. p. d.

Non sine gaudio accepi te propediem apud viros doctos qui Romam ad latinum quoddam foedus renovandum undique convenient, sermonem habiturum esse de lingua latina in commercio virorum doctorum restauranda. Nemo profecto de hoc argumento copiosius potest et eloquentius dicere quam tu, qui plures iam annos in commentario Leonorii nostri, qui et appellatur et vere est *Vox Urbis*, cum aliorum cordatorum virorum opinione in lucem edidisti, tum ipse plus semel sententiam tuam de hac re optimis adductis argumentis confirmasti. Confito igitur fore, ut causa latinae linguae a te suscepta atque defensa facilem sibi conciliat auditorum consensum.

Fateor tamen magno atque constanti animo opus esse ad huiusmodi causam agendum; non desunt enim etiam nunc qui latinam loquendi facultatem vel satis propagari posse desperant, vel omnino improbent, ut rem nullius momenti virisque doctis et eruditis indignam. Quos quidem ego satis mirari nequeo. Quid? Latinam eloquentiam, qua maiores nostri excelluerunt ingentemque doctrinæ suppellectilem exornarunt, nunc novella quantumvis pretiosa eruditio indignam habebimus? Sint sane maximi

momenti quae nuper ab hominum ingenis inventa sunt; exultemus licet ob restauratam tot civitatum italicarum totque antiquarum gentium memoriam, exultemus propter inscriptiones repertas et collectas, propter codices novis curis perpensos, propter tot reliquias veterum rerum in papyris servatas et nunc demum magna doctrina illustratas; sed haec omnia quid impediunt quominus latina eloquentia utamur? Cuinam arguento impar videbitur hic latinus sermo, quo non solum Nicolaus Nicoli, vel Angelus Politianus, vel Pontanus, vel alii transactae aetatis, sed etiam nostra Madvigi, Mommsen, Buechelerus aliique, ut exteros tantum nominem, usi sunt?

Tota res in hoc est denique, ut levī labore latino sermoni assuecamus, in eo scribendo loquendoque exerceamur, et in scholis et in circulis, at meliore sane via ac ratione quam nunc fere fit, eam linguam et adulescentilis inculcemus et doctis viris in exemplum praebeamus; quod quis tam piger erit, tam desperati animi, qui neget a rerum studiosis fieri posse?

Aiunt latinum sermonem aptum quidem videri disciplinis philologicis quas vocant, at nequaquam aequare posse tot rerum inventa, quibus recens bonarum disciplinarum progressus omnium hominum admirationem in se excitavit. Id asseverantibus poteris tu quidem sub oculis ponere folia commentarii nostri, in quibus varia argumenta omnimoda doctrinæ tam perspicue et non sine quadam elegantia tractata inveniuntur; poteris etiam in mentem revocare volumina complurium Academiarum acta earum continentia latine exarata, ut saepe fit a Mathematicis, a Botanicis aliisque. Omnia in hac re a bona voluntate pendere mihi videntur, quae et verbis et exemplo excitanda est.

Si exemplum quaerimus, en recentissimum idemque probatissimum praebuit conventus philologorum et historicorum, qui nuper Romæ habitus est. In quo, virorum quales sunt Buechelerus Bonnensis, Wilamowitz Berolinensis, Gersius Havniensis, non solum doctrina et prudentia admirationi fuit, sed etiam latina eloquentia sua quadam facilitate et nitore quodam suo auditorum plausum excitavit.

Sed ego quidem folia, ut aiunt, arboribus addo et aquam in flumen porto. Finem igitur faciam, praesertim cum infirma dextera mea parum apta adhuc ad scribendum sit, et nervorum dolor scribentem excruciet. Tu quidem multa alia multoque eloquentius apud istos doctos viros dices; tibi res tota creditur, tu strenue pugna; ego Minervae auxilium tibi prebabor, proque Victoria tua, vel potius rei per se bonae utilisque omnibus, omnia vota faciam. Vale.

Dabam Florentiae Idibus April. anni MCCCCIII.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMÆ — Ex officina Paris Phil. Cuggiani.

SOCIIS ET LECTORIBUS COMMENTARII NOSTRI HUMANISSIMIS.

Neminem vestrum fugit quanti momenti fuerit Latinitatis Conventus primum Romae congregatus, unde et Latinitas et ipse Commentarius noster, — qui, uti promiseramus, et videre vobis fuit, in primis ordinibus decertavit, — novas sibi vires auxerunt. Atqui semina ne incassum fuerint iacta! Oportet enim ut omnes qui Latinitatem vere colunt atque procurant arctius inter se ac nobiscum iungantur. Neque verbis aliis opus est *Voci Urbis*, Sociorum benevolentiam in dies experienti, ut rem iterum iterumque commendet, utque rationes suggerat, quae facilis ad optatum finem adducant. Id tantum monitum volumus, nos hunc fasciculum, Conventus gentium acta primum latine scripta continentem, plurimis exemplaribus typis mandasse, ut quam maxime diffunderetur, eaque cuique petenti cessuros exiguo pretio Libellae unius (Doll. $\frac{1}{4}$; Marck 1; Rubl. $\frac{1}{2}$; Coron. 1) pro denis fasciculis.

ANNALES.

Regalia itinera in Italiam. — Lusitanum foedus in Sinis. — Bella inter Somalos acta. — Loubet, Gallicae civitatis praeses, ad Berberos. — Macedonum res.

REGIA itinera in Italiam ante omnia quae memorentur digna. Eduardus, Anglorum rex, Melita ex insula redux Neapolim primo petiit, deinde Romanum, festanti laetitia exceptus utique, ob vetere millam amicitiam, qua iam a saeculo Angli cum Italibz iunguntur. Cum autem in Neapolitano sinu esset, ubi in suaen navis domicilio se continuuit navibus, occurrit et lusitanae et germanicae, in quarum altera Amelia Lusitanorum regina erat, in altera Wilhelmi Caesaris grandiores natu filii: qui pariter, ac praeceps regina, feriarum solemnitatem particeps facti sunt.

Quoniam Lusitanos commemoravi, iuvat de novo foedere dicere, quod ab ipsis cum Sinenibus est ictum. Sinensibus enim dama erant sareienda, quae in supremis civilibus bellis Lusitani fuerant experti. Magna itaque pecunia ad hoc est constituta; concessum insuper ius est Lusitanis viam sternendi ferream, qua Maceo urbs lusitana atque Canton anglica colligabuntur.

Sed ad Anglorum res redeundum, qui in Somalium terra bellum adversus falsum prophetam ducent. Cohors erat, Cobb tribuno duce, Galadi ex oppido ad Walwal locum iter faciens explorandi causa, et quum primum agmen discessisset, cumque non satis cito redisset, Plunkett tribunus cum tribus centuris ac tormentis bellicis duobus in eius vestigia missus. Ecce autem per densa silvarum iter faciem adoriantur inopinato undique barbari; quumque aquo iure locum frustra ad pugnam quaesiissent, in quadrato constitutis decertandum Anglis fuit. At brevi, exhaustis

missilibus ballistarum, oportuit eos muerone pugna, pugna terribili quidem at inutili omnino, ita ut ex decem hominibus unus vix sospes evaserit atque ad Cobb castra redierit. Mox ipsum Cobb suis in castris, incerta fata minitantur, ni prompte succurrat legio, quaeum Manning dux ad eum tuendum profectus est.

Ab Anglis ad Gallos sit gressus; apud quos inde gens vehementer excitatur ob religiosos viros e coenobitis suis manu militari expulsos, inde gaudet ob Praesidem civitatis tam solemniter in Berberorum finibus sive a colonis sive ab Arabico populo exceptum. Appulit is quidem ad Iuliae Caesareae portum honore summo; mox ad internas urbes lustrandas profectus est, quas inter Constantinam, quae arx iam fuit ubi Arabes quondam arma ad Gallos repellendos congesserunt, quamque summa virtute Gallici milites cepere. Inde Philippopolim marina via redux inyisit, mox Tunetem videbit.

At aliunde per Turearum regiones, in Macedonia dico, crescent belli minae. Tria inibz pugnant inter se consilia; gentes tres vicissim inter se adversantur. Christicolaes Macedones, quibus Bulgari praesertim favent, ut novam suo imperio terram addicent contendunt; Albanenses, fidelissimi Arabici prophetae ascelae, ferro et igni decertant cum ipsis, ne nova sibi privilegia adrogent, quae, aegro, quamvis animo Imperator dedit legatis Europae intercedentibus; regii milites denique hinc in Bulgaros et eorum manipulos dimicant, inde in Albanenses ut, metui Russorum Austrorumque inservientes, Christifidelium privilegia tueantur. Ad rem immo famiam centena millia militum prope Macedonum fines Turcarum rex concessit, qui sive in Bulgaros, sive in Albanenses pro re nata proficiscetur; atque, dum ad velitationes in dies novae flunt ubique, Bulgarorum princeps non sine causa e patria discessit.

POPULICOLA.

AENIGMATA

I.

Parvula pars; huius, praepostero in ordine, prima] Littera mutetur: qui Phaedri hinc inter amicos.

II.

Littera, quam antiqui liquidam dixerunt Latini *Anteiens*; primae propior quae est *portio* parti Nomina praegreditur; eit *tertia*; bellua *summa*.

A. MORCHIO.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

VINCENTII LANFRANCHI
DE C. CORNELII TACITI OPERIBUS
ACROASIS

Aenigmata an. VI, n. V proposita his respondent:

1) Dolon; 2) Lacuna-r.

Ea rite soluta miserunt:

Io. Bapt. Pesenti, *Roma* — D. Le Provost, *Briocen*.
— Ad. Huza, *Grybovia*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*.
— Ios. Wilhelm, *Battle*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*.
— Collegium Scholarum Piarum *Stettae*. — Ios. Wabner,
Varsavia. — P. I. Wawer, *Vaals*. — V. Hertel,
Mendhusio. — Maria Loyola, *Chicagine*. — Am. Robert,
Marieville. — Rich. Malotta S. I., *Brzozowic*. — Petr.
Garrone, *Pezzana ad Vercellas*. — Georg. Maurer,
Bonna. — Seminarium Kandiense in insula *Ceylon*.
— Civis Romanus, *Limbach*. — Lyceum A. Manzoni;
F. Arnori, *Mediolano*. — Benvenutus e Foro Cornelii,
Faventia. — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*.

Sortitus est praemium

Ios. WILHELM,

ad quem missum est opus, cui titulus:

TH. VALLAURI

HISTORIA CRITICA LITTERARUM LATINARUM.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui pretium ut supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*

b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*

c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

QUI NOVOS DABIT SOCIOS

elget insuper:

a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae sua, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italianam ubique ad Libell. 7, 50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Reipublicae debito; *sive*

b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;

c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis pretium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi *gratis* Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.